



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

376. Infra Octav. Navitatis Domini. Vita Religiosa est Martyrium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

bus, dicere bene de eo, qui de me malè loquitur, & injustè me condemnat: Tunc Pater æterne, credam per signum infallibile, quòd sim tibi verè filia.

Conf. 3. Tria esse remedia in ejusmodi oblatione. 1. In blandientes severitas. 2. Strenuitas contra negligentiam. 3. Benignitas & dulcedo animi contracentes amaritudinem.

MEDITATIO CCCLXXVI.

Infra Octav. Nativitat. Domini.

*Vivere juxta Evangelium est
Martyrium.*

Aspiciam Dominum *JESVM*, & *B. M.* Virginem exemplaria Evangelicæ vitæ. Petam eos imitari.

Conf. 1. Si quæ vis obtinet coelum, id supremus fortitudinis actus obtinebit, qui est non in aggrediendo, sed sustinendo, ad quem pertinet Martyrium. Sed vita Evangelica, seu Religio est bellum spiritualis Martyrij.

Conf. 2. Verba D. August. ser. 32 de Sanctis. *Tota vita Christiani hominis, si secundum Evangelium vivat, crux est, atque Martyrium: Quæ magis spectant ad pauperes Religiosos dicente S. Bernardo serm. 1. de Omnib. Sanctis. Quid sibi vult, quod eadem promissio est pauperibus atque Martyribus, nisi, quia verè Martyrij*

Martyrij genus est paupertas voluntaria. Martyrium est Castitas, quia victoria de propria carne est victoria de ipsa morte, eò quòd caro ab Apollolo corpus mortis nominetur, ut interpretatur S. Climacus gradu 15. Martyrium est obedientia, quæ apud eundem gradu 4. dicitur mors voluntaria, sepulchrû propriæ voluntatis, & Martyrium spirituale.

Conf. 3. Hinc clarè inferri, quòd vitæ Evangelicæ sit cœlum. Gratulabor Religiosis, & cum ijs interea pignus vitæ æternæ accipiam, quam potero dignissime, quia de indignè accedentibus, ait D. Cyprian. serm. 5. de Lapsis. Non cibum sibi sumit, sed gladium, qui indignè communicat.

MEDITATIO CCELXXVII,

Die ultima Anni.

De Signis profectûs in Scientia Sanctorum.

Aspiciam Animam sanctam, de qua ait D. Bernardus serm. 27. in Cantic. *Cœlum est sancta Anima, habens Solem intellectum, Lunam Fidem, astra virtutes. Ut autem cœli non sunt mundi coram Domino, sic sancti Viatores perfectionem non assequuntur, sed prosequuntur Petâ agnoscere, quantum profecerim in Scientia Sanctorum.*

Conf. 1. Scientia Sanctorum est vita spiritalis,